



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita S. Patricii, Hiberniæ Apostoli, Libri II.**

**Stanyhurst, Richard**

**Antverpiæ, 1587**

Ad Alexandrvm Farnesivm, Parmæ Et Placentiæ Serenissimvm Dvcem,  
Philippi, Regis Catholici, In Belgia Proregem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42741**

AD ALEXANDRVM<sup>3</sup>  
FARNESIVM, PARMÆ ET  
PLACENTIÆ SERENISSIMVM  
DVCEM, PHILIPPI, REGIS CA-  
THOLICI, IN BELGIA PRO-  
REGEM.

**N**IHI l necesse habui  
(serenissime Dux) ea-  
rum rationū momen-  
ta, ambitiosâ curio-  
sitate conquirere, quibus indu-  
ctus, hos meos de vitâ S. Patricij  
libros C. T<sup>a</sup> statuerim consecra-  
re. Nam si publica tua in rem-  
pub. Christianam merita animo  
complectar, cogitati mihi quam-  
maxima obuersantur: sin priua-  
ta tua in me ac meos collata be-  
neficia memoriâ, vt par est, re-

A 2 plicare

plicare velim , sanè ista eadem  
haud minima inuenio . Cùm igitur  
Apostolici viri vitam, obscu-  
ritatis inuolucris antehac inuo-  
lutam , iam tandem in lucē pro-  
ferri curauerim ; cui aptius Pa-  
tronō hunc meum laborem dica-  
re potui , dicare debui , quām  
valentissimo Apostolicæ Eccle-  
siæ Machabæo , Alexandro , in-  
quam , Farnesio ; Alexandro ma-  
gno in re militari maiori , atque  
multis bonis Alexādris in Chri-  
stianâ disciplinâ meliori . At  
D. Patricius , dixerit quispiam ,  
togatus prodit , Alexander no-  
ster armatus incedit . Quid tum  
inde ? Quandoquidem par prin-  
cipum

§

cipum spectatissimum in dissimili vitæ instituto persimili virtutis laude efflorescit. Alter Catholicam fidem, à sanctâ Romanâ Sede haustam, in animis infidelium prædicando inseuit: alter eandem ipsam Fidem, ab eadē sacrosanctâ Sede acceptam, hæreticorum perfidiâ tumultuosissimè exagitatam, præliando bella Domini, orthodoxæ Ecclesiæ filiis tranquillatam redit. Multa in hanc sententiam & verè dici, & aptè adduci possunt; verùm ego è multis pauca delibo, ne Librum in Epistolam coniicere videar. Addo etiam permultos futuræ lucis hæredes

1. Reg. 18,  
17.

A 3 viue-

viuere in Britanniâ , quam or-  
tu suo Patricius nobilitauit , at-  
que etiam in Hiberniâ , quam  
ad omne officij munus instru-  
xit , qui te , Alexandrum Far-  
nesium , potentissimi Regis bel-  
licosissimum Proregem , pruden-  
tissimi Auunculi lectissimū Ne-  
potem in oculis ferunt , in ho-  
nore , in amore habent : quod  
ad hoc vnum omnes cogitatio-  
nes ac labores conferas , vt per-  
ditorum ferocitatem coarceas ;  
prædonum audaciam frangas ;  
hæreticorū ferocitatem compri-  
mas , Catholicam religionem  
propugnes . Qui igitur heroi-  
ca D. Patricij gesta imitaris , bea-  
ta qui-

ta quibus munerasur præmia,  
adprobante C H R I S T O con-  
sequēris. Verùm de his , pro  
concisâ , quam in præsenti con-  
sector , breuitate nimium , pro  
tua , serenissime Dux , illustris-  
sima Dignitate profectò parum:  
quæ tamen per se satis , remoto  
orationis penicillo , splendescit,  
atque vrbem & orbem famæ ce-  
lebritate in singulos dies perua-  
gatur . Publica itaque tua in Ca-  
tholicam Ecclesiam merita stri-  
ctim adtingo ; priuata tua bene-  
ficia , quibus me ac meos cu-  
mulatissimè ornas , longum es-  
set in contractiore Epistolâ re-  
censere ; de quibus etiam satius

A 4 esse

esse duxi tacere , quām pauca  
scribere : pro quibus tantas C. T<sup>x</sup>  
gratias ago , quantas me , cum  
magnitudine obseruantia<sup>e</sup> , ha-  
bere , infinitē concupisco . Ant-  
uerpiæ , Non. Octobr. 1587.

C. T<sup>x</sup> obseruantis<sup>mus</sup>

*Richardus Stanihurstus.*